



Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Q. 3. Quibus aliis mediis eum juvare potuerit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

CASUS XLII.

272


nato animo obfirmata esset; se nuli alteri velle suum peccatum detegere, tunc tanquam indisposita nec directè, nec indirectè absolvenda foret.

244

Cæterum non defuere tali Confessario media juvandi suam pœnitentem, nimirum persuadendo, ut accederet Religiosum aliquem habentem delegatam potestatem in reservata, vel bene considerando, an non aliqua circumstantia eam potuerit excusare à reservatione, v. g. quia ignoravit homicidium esse casum reservatum, qua posita ignorantia probabile est non incurri casum reservatum, prout docent Navar. in man. c. 27. n. 180. Graff. de casib. reserv. l. 2. c. 40. n. 29. Quintanad. Burghab. & alii, & latius probabile censet Diana p. 10. tr. 16. R. 3. Qua proin opinione non imprudenter usus fuisset Confessarius advertendo magnam in sua pœnitente renitentiam, & difficultatem adeundi legitimum

Confessarium; nam ubi vertitur magnum animæ periculum, ibi conculendum est omni meliori modo, probabili tamen, quò potest. Atqui improbabile non est ignorantiam excusare à reservatione: ergo.

Præterea si dicta pœnitens extra Parochiam ob parentum severitatem, aut infamiae notam incurrandam exire non posset, quo liberius ignoto Confessario confiteri posset, nec proprius Parochus jurisdictionem in reservata haberet, tunc instantे præcepto Communionis Paschalis poterit à Confessario, cui fassa est suum peccatum reservatum, unà cum alijs non reservatis, indirectè ab illo absolvi cum obligatione tamen, ut data occasione procuret directam absolutionem ab habente facultatem, v. g. à Religioso aliquo privilegiato, vel ab alio jubilæi tempore &c.



CASUS